tes modis p̄dictis.ſ.p votū vel iuramentū ⁊ hi⁹
qꝛ ſi eos ſepelirent:reſtituere teneṅt coꝛpoꝛa ſi
petiēṫ:⁊ oīa q̄ puenīūt ad eos rōe ſepulture īfra
x.dies.alias ipoꝝ eccl̄ie vbi ſepulti fuerūt:⁊ ipo
rū cimiteria ſunt interdicta. Jo.an. Abſoluēdoſ
hic reſpicit hūc vltimū caſuꝫ tm̄ ſic ſepatum ab
aliis:nā ab excōicationib⁹ aliis q̄ ponunṫ i p̄di-
cta cle.abſoluūt oꝛdinarij.ab hoc āt papa. Nō
tm̄ φ ex hoc nō tolliṫ qn aliqs pꝓꝛio motu poſ-
ſit vouere vel iurare i aliquo loco eligere ſepul
turā:⁊ qđ ſi fecerit debeat obſeruari:dūmō non
inducaṫ ad hoc p dictos ⁊ modis p̄dictis. Iteꝫ
ſi clericus vel religioſus cōſilio vł ſuaſione idu
cat aliquē ad eligendū ſepulturā in eccl̄ia ſua:n̄
tm̄ ad vouēdū vł iurādū vł al's pmittendū hic
non videtur φ icidat i canonē cū ſic dicat tex.

Contra clericos i dignitate ⁊ religioſos audien
tes leges vel phyſicam. Cap.52

Contra religioſas
pſonas euntes ad audiendum leges vł
phyſicā Alexāder p̄deceſſoꝛ nr̄ olī ſtatuit i ꝯci
lio turonēſi:ut niſi īfra.duoꝝ mēſiū ſpaciū redi
erit ad clauſtꝝ ſint excōicati ⁊ ab oīb⁹ uiteṫ et
i nulla cā ſi patrociniū p̄ſtare voluerit audianṫ:
reuerſi aūt i choꝛo menſa caplo ⁊ ceteris locis
vltimi frēs exiſtūt:⁊ niſi foꝛte ex miſericoꝛdia
ſedis aplice toti⁹ ſpē pmotiōis amittāt. Verū
qꝛ nōnulli ex talib⁹ pꝓter quoꝛūdā opiniones
diuerſas excuſatiōis aliqd aſſumebāt. Nos uo
lentes ut de cetero ipo ſcō excōis ſnīam icurrāt
diſtricte p̄cipiēdo mādam⁹ q̄ten⁹ tā a diocela-
nis q̄ꝫ ⁊ caplis ipoꝝ q̄ꝫ a ceteris epis in quoꝝ di
oceſib⁹ ⁊ hi⁹ ſtudēt:tales excōicati ⁊ p̄dictis pe
nis obnoxij publice nunciēṫ. Quia vō theolo-
gie ſtudiū cupim⁹ āpliari ⁊c̄. ad archidiaconos
plebanos decanos p̄poſitos cātoꝛes ⁊ alios cle
ricos pſonatꝰ hn̄tes necnō p̄ſbyteros:niſi ab his
īfra ſpaciū p̄ſcriptū deſtiterīt:hoc extēdi volu-
mus ⁊ appellatiōe poſtpoſita firmiter obſeruā-
ri. Honoꝛi⁹ terti⁹ ex ne cleri.vł mo.ſup ſpecula
ſic ait. Sciendū φ ē triplex phibitio pſonarum
quo ad audiēdū legē vł phyſicā:qdā.n.phibē
tur rōne pſeſſionis:qdā rōne oꝛdinis:⁊ quidaꝫ
rōne beneficij. Quātū ad p̄mos.i.de pſeſſis ex
p̄ſſe vel tacite pꝫ φ nō pn̄t exire clauſtrū ed le-
gēdū vel audiendū legē vel phyſicā:ut hic ⁊ ſ.
eo.ne in agro:ꝯfaciēs ſi moniṫ nō redierit infra
duos mēſes ad clauſtꝝ excōicaṫ ipo iure ut hic.
Sꝫ dubitaṫ a quo tpe incipiat currere hoc tē
pus duoꝝ mēſiū.glo.φ a die publicatiōis cōſti
tutionis. Alii dicūt φ a die a quo exijt clauſtrū
⁊ hec ē opi. Inn.gof.⁊ vin. Et addit vin. φ ꝯpu
tatur iſtud tps ab exitu monaſterij.ſ. hac de cā.
Tertij dicūt φ a die a quo icipit audire legē vł
phyſicā:qđ ē veri⁹. Hoſti.⁊ archi. dicūt φ etiaꝫ
ſi audiat ſeṁ infra duos mēſes ē excōicatus. Sꝫ
gof.⁊ vin.dixerūt expectādū eē finē duoꝝ men
ſiū anq̄ꝫ icurrāt penā. Et Jo.an. credit hāc opi.
eſſe verā. Et etiā doctoꝛ ſcienṫ tali religioſo p-
ticipās.ſ.in docēdo ē excōicatus etiam ſi ipe re
ligioſus habitū nō dimittat:⁊ hoc quo ad legeſ
⁊ phyſicā:⁊ etiā ſi de lr̄ia ſui p̄lati leges ⁊ phy-
ſicā audiat ſm archi.⁊ lapū:qꝛ decretaꝉ magne
c.ſup ſpecula diſtincte loquiṫ.quidā rōne oꝛdi
nis phibenṫ audire leges ⁊ phyſicā ut ſacerdo
tes tm̄:ut.c.ſup ſpecula. Cōſtituti aūt in aliis oꝛ-
dinibus nō phibēṫ ab hi⁹:ut.c.cū ex eo đ elec.
li.vi. Quo ad tertios.i.ratione beneficij pꝛobi
benṫ audire hi⁹ ſcias conſtituti in dignitate cu
rata vel nō curata:ut hic. Si autem habeat ec-
cleſiā parochialē ⁊ nō ē ſacerdos:non pꝛohibe
tur audire hi⁹ ſcientias:niſi talis eccleſia ſub ſe
habeat capellas. Itē religioſus egrediēs mona

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſteriū ad audiēdū ſcias nō ꝓhibitas:ut theolo/
giā ⁊ ius canonicū:ſi hoc fac̄ ſine ſui p̄lati licē
tia excōicationē īcurrit.idē ſi cū lr̄ia vadit:ſed
habitū nō portat:⁊ doctor q hi⁹ ſcient̄ p̄cipat
talē docēdo vel retinendo ī ſcholis pari ſn̄ia li
gat̄ ſm lapū. Abbas āt n̄ exēptus ſi vult ire ad
ſtudia ꝯceſſa ex̄ monaſteriū ſuū:ep̄s illi⁹ dioce
ſis hēbit ꝯciliū illius monaſterij ſeu ꝯuent⁹:⁊ ſi
viſum fuerit expedire:poterit lr̄iam dare: tn̄ ſi
ſine epi lr̄ia vadit:nō videt̄ ligari pena excōis
ſm archi. Exeūtes.ſ.de clauſtris ſuis.ſtatuit ſu
pra ne ī agro.mēſiū a tpe ſciē hu⁹ cōſtōnis ſiue
publicationis ꝯnumerāde:⁊ niſi deſtiterint:ipſo
facto ſn̄iam excōis incurrūt:⁊ v̄ba iſta q̄ ponūt̄
uſqꝫ ad veꝝ:q2 ſunt ꝯcilij turonenſis: ſupra eo.
c.ne in agro. Ber.audiant̄ tāqꝫ ipſo iure excōi/
cati:alias etiā monachi ⁊ canonici regulares ab
aduocatiōe repellunt̄.16.q.1.alia ē niſi ꝓ vtilita
te eccl̄ie ſue abbate nihilominus ip̄ante. Bern.
admittāt. ¶ Nota q̄ abbates vl̄ epi cū talib⁹ di
ſpenſare nō p̄nt:ar.ꝯ de ſen.ex.cū illoꝝ in fi. ſed
hoc ad terrorē alioꝝ ⁊ cautelā ſtatutū fuit:vel
quo ad dignitates hoc intelligitur illud quo ad
honores. Ber. Penis.ſ.q2 ꝓmoueri nō p̄nt ſine
diſpenſatiōe ap̄lice ſedis ⁊ alijs poſitis. Preſcri
ptū duoꝝ menſiū ꝯputādo a tpe publicatiōis h⁹
ꝯſtitutionis:q2 an̄ publicationē nemo tenet̄:ar.
ſupra de cōſti.c.2.ex quo.n.ꝯſtitutio publice ꝓ
mulgata ē ⁊ publicata quilibet tenet̄ ad ei⁹ ob
ſeruātiā poſt duos menſes:ī auc̄.ut facte.no. cō
ſti.circa p̄n.coll̄.v.16.di.qd̄ dicitis.ſed nō ante.
32.q.4.dixit ſarra. Sed cū iſta ꝯſtitutio iā pro/
mulgata publicata ſit iādiu nullus hꝫ excuſatio
nē. Sed nūq̄d epi p̄nt tales abſoluere? credo q̄
ſic:q2 cōditor iſtius ꝯſtitutionis non retinuit ſi
bi abſolutionē.ſ.ab excōicatione. Ber.extendi.
ſ.p̄dictas penas de quib⁹ ſupra facta ē mētio.ſ.
q̄ ſint excōicati.⁊c̄.⁊ ita videt̄ q̄ iſti ſpem pro/
motionis amittāt:niſi cū eis p ſedē ap̄licā fue/
rit diſpenſatū:ſicut dicit̄ ſupra de monachis:in
ducit quaſdā allegationes:incōtrariū ⁊ tandeꝫ
cōcludit dicēs:tuti⁹ ē dicere q̄ incurrāt oēs p̄/
dcās penas obnoxij ⁊c̄. Ber.nota q̄ dic̄ archi.
ſup iſto.c.q̄ tales audientes ſm Inno.⁊ gof.ha
bēt duos mēſes anq̄ȝ ligent̄:p id qd̄ habet̄ in p̄
dicto.c.ſup.in fi. Et iſta fuit etiā ſn̄ia vinc.qui di
cit q̄ iſti duo menſes incipiēt in exitu ipſius mo
naſterij. Sed hoſti.dicit q̄ etiā ſi ſel̄ audiat li/
gat:⁊ littera ſequēs multū fauet.ſn̄ie. Hoſti. Et
r̄ñde ad illā litterā niſi ab his ⁊c̄.q̄ ibi nō reſpi
cit religioſos ſed ſeculares tm̄ clericos pſonat⁹
h̄ntes. Et nota ſm hoſti.q̄ ſolus papa diſpēſat
cū regularib⁹ exeūtibus ad audiendū leges vel
phyſicā ut ꝓmoueāt̄:hoc etiā ꝓbat̄ ī ſpeculo ꝺ
legato.§.nunc dicēdū..v. Ber. Itē nota q̄ dicit
Inno.q̄ ſi in clauſtris audiāt ſiue legāt mona/
chi nō ligant̄ ipa cōſtōne. Sed dic cū hoſti.eē
veꝝ iſtud quo ad v̄ba ipſius:mens tn̄ eiuſdē re
fragat̄ oīno. Un̄ n̄ ſine miniſterio īponit hec li/
tera ꝓ indiſtincte docere intelligo vbicūqꝫ. Nā
exitus videt̄ fuiſſe cā īpulſiua p̄dicte cōſtitutio
nis:finalis v̄o q2 tales ſciē religioſis nō congru
unt:cū eis exercitiū eaꝝ interdicat̄:⁊ hec cā nun
q̄ȝ ceſſare pōt:ergo nec eius effect⁹:ex̄ de peni.⁊
remiſ.cū infirmitas.archi. Idē pe. de puſio qui
⁊ ſubdit. Dicebat Io.in.c.ne in agro.q̄ ſi religio
ſus exijt clauſtrū ſibiūpi leges vel ſtudēs ī legi/
bus ligat̄ hac pena:ſꝫ ⁊ ꝓfeſſus accedēs ad p̄n/
cipiū vel repetitionē ſocij īcipiētis ī legibus cā
honoris:dicit Io.idē q̄ ligat̄ quo ad v̄ba:quia
cōſtitutio hec ꝓhibet auditū:ex mēte nō ligat̄.
Nota etiā q̄ iſtud qd̄ interdicit̄ clericis ſupra
noīatis ī p̄dicta decretali ſup ſpecula in fi.audi/
re.ſ.leges ⁊ phyſicā declarat̄ p⁹ bonifa.nō exten
di ad eos q h̄nt parochiales eccl̄ias rōne hi⁹ ec
cleſiaꝝ:niſi eedē eccl̄ie fuerit plebanie ſub ſe ca
pellas h̄ntes in q̄bus inſtituant̄ clerici perpetui
neq̄untes ab ipis abſqꝫ rōnabili cā amoueri: ex̄
ne cle.vel mo.c.ſtatutū.li.vi. vbi dic̄ Io. an.q̄
iō dicit̄ rōne eccleſiaꝝ:q2 ſi haberet diſpenſati
ne vel alio modo pſonatū cū illis eccleſijs bene
tenent̄ cōſtitutione:vel ſi eēnt p̄ſbyteri tenētur
nō rōne eccl̄ie ſed ordinis.ut ſupra dixi. Itē q2
dicit capellas idē videt̄ tenendū:⁊ tuti⁹ ſi vnicā
haberet capellā:non ob.ar.a v̄bis.ſ.pluralis nu
meri:q2 nō dicit hoc niſi fuerit plebania habēs
capellas:ſed dicit ī plurali plebanias habentes
capellas ⁊ pluralitatē capellaꝝ ad pluralitatem
plebaniaꝝ referā:ar.ſ̄.de p̄uile.c.p̄uilegia:⁊ qd̄
dicit̄ ab his ītelligit̄ plebanis vel capellis ⁊ me
lius. Io.an.

¶ Contra religioſos dimittētes habitū temera
rie vel euntes ad ſtudia ſine lr̄ia ſupioꝝ ſuoꝝ
Cap.53.

Inhibemus ne de cete
ro aliq̄s q̄cūqꝫ religionē tacite vl̄ exp̄ſ
ſe ꝓfeſſus ī ſcholꝭ vl̄ alibi temē hītū ſue religio
nis dimittat nec ad q̄uis ſtudia litterarꝫ: niſi a
ſuo p̄lato cū cōſilio ſui cōuent⁹ vl̄ maioris ptis
eiuſdē ſibi eūdi ad ſtudiū lr̄ia ꝓmit⁹ ſit cōceſſa:
ſiquis hoꝝ temerari⁹ violator extiterit: excōis
ſn̄iam īcurrat ipo fcō:ex̄ ne cle.vl̄ mo.ut piculo
ſa.li.vi.religionē quācūqꝫ:dū tn̄ approbatā.ſ̄.ꝺ
uoto.c.1.li.vi. Io.an. In cāu iſto nō ē differētia
īter tacitā ⁊ exp̄ſſam. Io.an.ꝓfeſſus. Nota pro
feſſū n̄ poſſe redire ad ſeculū:qd̄ dic ut.ſ̄.de re
gl̄aribus ꝯſultat̄. Io.an.temere.ex cā.n.lꝫ hītū
trāſformare ſi iuſta ſit:puta timor:ut.ſ̄.de vi.et
ho.cle. Io.an.hītū ſupiorē. Io.an.ī nouell̄.vn̄ ⁊
idē:ex̄ ꝺ re.iu.li.vi.ſup regl̄a fi.ī nouell̄. dicit q̄
regl̄a hec.ſ.certū ē.⁊c̄.fac̄ qd̄em diſputatā hic p
d.guidonē de petra lata. De monacho q h̄n ſert
hītū monachalē ſꝫ coopṫū hītu cl̄icali q̄ ſit apo
ſtata.qd̄ vid̄t̄ hodie approbatū p cle.ꝺ vi.⁊ ho.
cle.qm̄. In p̄ma ſo.cū iſte religioſus iuſtam cām
trāſformationis ſeu habitus n̄ alleget īdubitāt̄

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dico ipm eē apoſtatā. Dimittat. adeo habit⁹ ē annexus oſſib⁹ monachoꝝ ꝙ in quibuſcūqȝ locis exñtes ſiue in lecto quieſcentes ↄſtant eo vti debent: ut habet. 20. q. i. vidua. ⁊ 24. di. ſanctimonialis. vbi dicit ꝙ eo habitu ſemꝑ vti dȝ: ſȝ non videt ꝙ iſtud ſemꝑ ſit ita amare intelligendum ut pria facie videt. 21. q. 4. ſine ornatu. ibi ex͂ do mos. ⁊c. Dic ꝙ illud loquit de clericis ſecularibus qui non ita aſtricti ſunt ut monachi. Et ſi i ſcholis vel alibi ſine cā dimiſerint monachi ſuū habitū licet poſtea ad male dimiſſum habitum reuertant: etiā ſi poſtea ſint vel efficiāt bone fame nō poterūt eligi in abbates: ar. i. q. i. ſiqs oēȝ. ⁊ hui⁹ ſñie fuit lau. ⁊ Ja. de al. ⁊ pe. qui dixerunt ꝙ nō ſolū ē talis ineligibilis: ſed electus deijceret. Archi. nō puto ꝙ monachus in cella ſua dimittēs habitū vel dū balneū intrat i occulto vl' iacēs ſine habitu liget hac cōſtōne: alias pauci i uenirent nō ligati: ſed qñ exhibet ſe ↄſpectibus hominū ſine habitu vel in habitu laicali vl' clerici ſecularis ſine cā iuſta tunc ligant. Jo. an. in nouellis. Quāuis ut dictū ē oberet ſemꝑ ex honeſtate religionis deferre habitū: nō tñ videt ꝙ icurrat excōicationē i ſtādo ſine eo ex aliq̄ cauſa rōnabili: utputa dormiendo meli⁹ quieſcat: ut induendo ſacras veſtes nō appareat gibb⁹: ⁊ q̄rat pulices ut ſe balneet ut apti⁹ ſcidat aliquod lignū ⁊ hm⁹: q2 ſic nō videt temerarie dimittere tamē etiā in hm⁹ cōuenienti⁹ eēt nō dimittere. ſi aūt dimittat vel habitū trāſformet ut faciat aliqd malū: ut. ſ. fornicet ⁊ hm⁹ ñ ē dubiū ꝙ ē excōicatus ſm pe. de pe. i. 4. ꝙ qui iocoſa leuitate ad horā ut currat vel lapidē ꝓijciat deponat hitū nō incidat in ſñiam: q2 nō ē veriſimile papā in minutis tñ laq̄ū poſuiſſe. hec ille. Queuis. hoc dicit ut cōphendat etiā ſtudiū theologie ſiue iuris canonici. ⁊ hm⁹ rō eſſe pōt: q2 monachus ſuo clauſtro dȝ eē cōtentus: ut. 16. q. i. qui vere. ⁊ ei ꝑcipit ut intra clauſtrū moret: ut ea. q. iux͂. nam mortuus dicit eē mundo. Dicit tñ Jo. an. ꝙ theologiā ⁊ decretales legere pñt: q2 ſunt ſcie pietatis. 37. di. ſiqs grāmaticā. Archi. Prelato. i. abbati vel alio qui tenet vicē abbatis q ꝓprie dicit ſuus ꝑlatus. Sed nūqd poterit eps dare talē lñiam eundi ad ſcholas? nō credo niſi interueniat lñia abbatis: ut hic ar. 12. q. i. nō dicatis. Itē nūquid extēdēs penā iſtā ꝓhibit⁹ ad abbatem multa inducit. archi. ad ꝓbandū ꝙ cadat in penā: tandē dicit ꝙ in lñia abbatis obtinēda noīe prelati videt eps ↄtineri: ⁊ tunc ſi abbas voluerit ire ad ſtudia litteraꝝ ex͂ ſuū monaſteriū: habebit ↄſiliū ↄuentus illius monaſterij: ⁊ ſi viſuȝ fuerit: poterit lñiam ipartiri. Sed obſtare videtur illud relatiuū ſui qd videt reſpicere imediatū prelatū ipſius monaſterij: ⁊ ſic nō epm. Et ſm hoc pōt dici ꝙ quāuis abbas malefaciat ſi vadat ſine licentia epi ad q̄uis ſtudia litteraꝝ: non tamē videt ligari hac pena cōſtitutionis cuȝ ſit penal: ⁊ reſtringi ↄſueuit magis q̄ȝ laxari: archi. Et ꝙ i fine dicit ꝙ de lñia epi videt habere locū in monaſterio nō exempto ab eius iuriſdictione licentia: ⁊ tūc poteſt oīa ſine quib⁹ in ſtudio ↄmode eſſe nō poteſt: qd dic ut notat. 2. q. 7. cū paſtoris. Jo. an. Et dicit archi. ꝙ ſi mutuū contrahit: tenebit monaſteriū vſqȝ ad probabilem modū: niſi actū fuiſſet ꝙ alius ꝓ monacho ſumptus inueniret ut propinquus vel alius. Si aūt obligaret libros vel res alias ꝓ ſcholari vl' alio non valet obligatio: q2 monachus ſeruus ē monaſterij. di. 54. multos. Idē ſi fideiuſſit ꝓ aliq° q2. ſ. nō tenet: archi. hoꝝ. q2. ſ. apoſtatauit dimittendo habitū vel accedit ad ſtudia ſine licentia Jo. an. ipo facto ſpeciale eſt in religioſo apoſtata. q2 alias nō ē apoſtata excōicatus ſed excommunicandus ſm qd notat Jo. an. ⁊ ber. 23. di. ſi quis clericus. Jo. an.

¶ Contra religioſos qui dāt ſacramentū eucharistie vel extreme vnctionis vel ſolēnizant matrimoniū ſine licentia parochiani vel epiſcopi. Cap. 54.

Religioſi qui clericis aut laicis ſacramentū vnctionis extreme vl' euchariſtie miniſtrare vel matrimoniū ſolēnizare nō habita ſuꝑ his parochialis preſbyteri licentia ſpeciali: aut quēq̄ȝ excōicatū a canone ꝑterq̄ȝ in caſibus a iure expreſſis: vel ꝑ ꝓuilegia ſedis aplīce ↄceſſis eiſdē: vl' a ſententijs ꝑ ſtatuta ꝓuincialia aut ſynodalia promulgatis: ſeu ut v̄bis eoꝝ vtamur: ſi a culpa ⁊ pena abſoluē quē q̄ȝ ꝑſumpſerint: excōis ſñiam icurrāt ipo facto: a qua dūtaxat a ſede aplīca ſunt abſoluendi: et paulop⁹. Nullo religioſo ſuꝑ hoc exēptionis vl' ꝓuilegio ſuffragante: ⁊ in fine. Sane religioſis illis quib⁹ ē a ſede aplīca ↄceſſum: ut familiarib⁹ ſuis domeſticis aut paupib⁹ in hoſpitalib⁹ ſuis degentibus ſacramenta poſſint eccl'iaſtica miniſtrare: nullū ex ꝑmiſſis volumus quo ad hoc ꝑiudiciū generari: ex͂ de priui. c. religioſi i cle. Religioſi. pau. Religioſi in ſex caſib⁹ ſunt excōicati. ⁊ cū hic loq̄t generalit oēs religioſos ↄprehēdit etiā populū hñtes: clericos aūt ſeculares nō ↄprehendit: etiā ſi i his excederēt: Euchariſtie. pau. nō dicit viatici. Vñ pȝ ꝙ locus ē pene ſiue det in morte ſiue det in uita. Nō obſtat. i. di. penitētes. in fi. qd intelligo ut in morte oīb⁹ det viaticū ꝑ illos. ſ. qui hoc pñt: pñia aūt tpe neceſſitatis a quolibet ſumi pōt. Queritur an hm⁹ decr. habeat locū i quibuſcunq̄ȝ religioſis: ſoluit lau. ꝙ ſic dū ñ ſint religionis approbate. Idē lapus alias non ſunt: de reli. do. c. vno. Franc. de zab. Iteȝ comprehendit iſtud vocabulum religioſi, etiam nouitios ſm lapum. Utrum autem ↄphēdātur hic religioſi conuerſi vel moniales: ſunt varie opi. pro ⁊ contra: et vtraq̄ȝ poteſt ſuſtineri. Lau. ⁊ pe. de ancha. de monialibus tenet ꝙ non. lau. ꝙ ſic. Franc. de zab. Itē dicit lapus ꝙ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

religioſi miniſtrantes ſacramēta nō ſolum cleri
cis ſed etiā regularibus ſine licentia:ꝛ precipue
alterius religionis incidunt in hanc penam: et
hoc ē tutiusq̈ꝫ.ſ.cōtrarium ſolennizare. Jo.an.
i.ſolēniter bn̄dicere:ꝛ de hac bn̄dictiōe habet.
30.q.5.c.i.ꝛ quatuoꝛ ſequētibus.Et dicit zen.ꝙ
in verbo ſolēnizare cōpꝛehendit oīs ſolēnitas
que obſeruatur iuxta ritum regiōis:de ſpon.c.i
ſiue fiat ſolēnis benedictio ſiue dicatur miſſa
ſpecialis pꝛo contrahentibus. Non habita. Jo
an. Sed nūquid credet religioſus parochiano
dicenti ſe habere talē licentiaꝫ?videt ꝙ ſic ꝑ id
qḋ notat de peni.di.6.placuit. quia non eſt pꝛe
ſumēdus immemoꝛ ſue ſalutis.i.q.3.ſancimus.
Et pōit ipſe pe. Jo.duas obſtantias:ꝛ ipſe ſoluit
Parochialis. Jo.an.ꝑ hec quo ad ſeclares mer
cenarios ꝛ his ſilib᷒.intelligo p̄ſbyteꝝ ī cuꝰ pa
rio inhabitāt:fac qḋ notat de peni.di.6. placuit
de hoc ſcripſi de peni.ꝛ remiſ.c.oīs.ſup v̄bo ſa/
cerdotes.Et hoſti.tractat iſ ſūma de paro.§.fi.v̄
qs intelligat parochianꝰ ſm fran.dic ꝙ ſtatī cū
quis vadit ad hītandū ī certa parochia intelli/
git ibi fieri parochianus niſi acceſſerit cā recre
ationis vel ob aliā cām tpalē ſtatim reuerſuruſ
ad ꝓpriā ꝑochiā:qꝛ tūc ſecus.de ſepul.c.his q
li.vi. Pꝛeſbyteri. Jo.an.puto ſufficere licētiam
parochiani.q adhuc p̄ſbyter nō ē:qꝛ ē īfra ānū
vel diſpēſatū ē cū ipo ſcḋm foꝛmā decretal cuꝫ
ex eo.de elec.li.vj.vl ex parochiali collegio eo.
ti.ſtatuimus.videt etiā ſufficere licētia vicarij
gerentis curā ꝑ modū decretalis p̄dicte cum ex
eo.puto etiā pꝰ factū a penis excuſari illū q hoc
fecit de auctoꝛitate dioceſani:fac ad hoc ō peni.
ꝛ remiſ.c.z.li.vi. Nā dioceſanus ē parochialis
eius:ꝛ hoc foꝛtiꝰ qn̄ vacat parochialis eccleſia.
Sꝫ qn̄ nō vacat an̄ factū cōſulo abſtinere ꝛ ex
licētia epi vel archipꝛeſbyteri ciuitatenſis hoc
mō fieri:lꝫ ab alijs recipi poſſint. Pau. dic etiā
ꝙ lꝫ hec vera ſint ſcꝫ ꝙ ſufficiat lr̄a p̄dictoꝝ: tu
tius ē a littera nō recedere.Et addit pau.hāc cō
ſtitutionē locū nō habere ī illis qui p̄dcā ſacra
menta recipiūt a certa pſona rōne cōſuetudinis
ꝓuilegio vel alio quouis mō: ſupꝛa de reli.do.
qꝛ cōtingit in fi.exēplū ex de ſta.re. c. ne ī agro.
§.ſane. Hec ꝓcedūt ſm Fran.de zab.niſi aliud
habeat cōſuetudo. Nā ut dicit pau.ſi certa cēt
cōſuetudo a quibꝰ recipent hec ſacramēta nō ē
locus huic pene:de reli.do.qꝛ cōtingit:q̄ cōceſ/
ſio ſacramentoꝝ tūc n̄ cōpetit rōne parochie cu
ius fauoꝛe hoc videt ſtatutū. Speciali. Pau.ſuf
ficit ꝙ parochiano det lr̄a facta ſpecificatione
ſacramenti:puta de eucbariſtia vel alio:lꝫ nō ex
p̄mat nomē religioſi. Itē ſufficit ꝙ det religio
ſo licētia facta ſpecificatione ſacramētoꝝ:lꝫ pa/
rochiani nō exꝓmāt:ar.de temp.oꝛ.c.i. Jo.
an.etiā dicit ꝙ credit ꝑ talē ſpecificationē factā
ꝙ euitet pena.Et addit ꝙ de ſacramēto baptiſ
mi ꝛ penitētie nō intelligit p̄dcā pena:qꝛ hic nō
exꝓmunt. Idē pau. A canone. Jo.an. quotieſ
cūq̈ꝫ archiep̄us vl ſacerdos poſſit abſoluere ō
ſen.exco.nup.de excōicatis a canone:an proce/
dat quo ad oēs ꝯſoluit lau.ꝙ.ſic ſiue ſit religio/
ſus eiuſdē oꝛdinis ſiue alteriꝰ ſiue ſint clerici ſi/
ue laici ſiue mulieres. Fran.de zab. Et itelligūt
lau.ꝛ lapus de excōicatione maioꝛi nō de mioꝛi
abſoluētes excōicatos ꝑ ſtatuta legatoꝛū. tenet
zen.ꝙ incidūt. Si aūt religioſi abſoluāt a ſn̄ia
hoīs ꝙ nō pn̄t nō hꝫ locū pena:cū iſtud nō exp̄
mat. Idē pau.ꝛ zen.ꝛ lau. Et ex hoc infert ꝙ in
excōicatis ꝑ ſn̄iam pape nō ē locꝰ huic cle.quod
tenet lau.qꝛ ſi voluiſſet de hoc intelligi expꝛeſ
ſiſſet. Franc.de zab. Sententijs. Jo.an.puto ꝙ
oēm ſn̄iam includat excōicatōis ſuſpēſionis ꝛ ī
terdicti:cuiꝰ neceſſaria ſit abſolutō. Queq̈ꝫ. Jo.
an.etiā religioſū vl ſociū:nihil enī excipit q dic
qḋcūq̈ꝫ ō maio.ꝛ obe. Solite. Incurrāt. Que
rūt hic Jo.an.ꝛ pau.qd iuris de recipientibus
abſolutionē vel p̄dicta ſacramenta an ſint liga
ti eadē ſn̄ia rōne ꝑticipationis? Et pau.quidē re
mittit ad id qḋ dicit de conſan.ꝛ af.eos.ibi aūt
ſic dicit in quodā ſimili caſu:tūc ꝑticipans crīo
ſo ē excōicatus:ſi ꝑticipat pꝰ latā.ſn̄iam:ut in.c.
ſi cōcubine:ſed hic nō ꝑticipat pꝰ ſed in actu ꝓ
quo glo.vel dic ꝙ licet ꝑticipās ī crīe crīoſo ſit
excōicatus:nō tn̄ ꝑticipās ī actu illo ꝓ quo liga
tur alter.hec ibi. Jo.an.remittit ad id qḋ dic de
ſen.exco.cōtingit.i. Idē Fran.de zab.ſ. ꝙ illud
qḋ de ꝑticipatione in crīe hꝫ locuꝫ qn̄ ꝑticipat
poſt actū dānatū nō in ipo actu. Querit idē ſcꝫ
Franc.de zab.vtꝝ religioſus ignoꝛās penam ō
qua hic:ꝛ alˀs homo ſancte vite ſi miniſtret eu/
chariſtiā ſine licētia parochialis pꝛeſbyteri non
tn̄ in cōtēptū ipſius incidat in penā?ꝛ videtur ꝙ
ſic:qꝛ ignoꝛantia iuris non excuſat in regula ig/
noꝛantia.li.vi. Contrariuꝫ conſului:dicit idem
Fran.ꝑ hanc litterā in verbo p̄ſumpſerint q̄ no
tant dolum ꝛ temeritatē miniſtrātis.ſicut enim
miles armate milicie excuſat ab ignoꝛantia iu
ris.C.de iu.ꝛ fac.igno.l.i.ita ꝛ hunc poſſumꝰ ex
cuſare:ꝛ hoc pꝛecipue in foꝛo penitētiali in quo
credendū ē aſſerenti hoc ignoꝛaſſe: quādo tn̄ ī
hoc foꝛte aliqui ꝯdicerent: ꝙ eoipo eſt p̄ſūptio
ꝙ fecit contra hāc ele.tutius eſt ꝙ petatur abſo
lutio Utamur. Jo.an.pau.concoꝛdat: de hereti.
accuſa.§.illo.li.vj.papa tamē omnem delicti pe
nam vere cōtriti dimittere pōt:fac de conſe. di.
4.c.baptiſmi. Vicē.ꝛ hāc concedit cruce ſigna
tis ī voto vltra marino:ut notat hoſti.de heret].
ad liberandā:ꝛ in anno centenario:ut patet etiā
in extrauaganti. Boniſa.habet antiquoꝝ con
ceſſum. Idem videt ſi conſuetudine hoc obti
neat ar.ſupra de reli.do.qui cōtingit. Etiā Jo.
an.dicit ꝙ hoc videtur ſcilicet de conſuetudine
Idem eſſe dicit:quia tamē ponit obſtantiā ad
iſtud de conſuetudine ꝛ videtur ad aliam par
tem declinare:vel ſaltē dubiā relinq̈re. Aplica
generali ꝓuilegio circa hꝰ.ſ. totū oꝛbē reſpiciēs
olꝰ papa ꝯcedit ſpēale tn̄ quo ad ſuā dioceſim

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

concederet eṗs ex cā. quod dicit ut de reli.do.
Dicit ēt lau. ꝛ allegat pe. de ancha. ꝙ p̄ſbyt̄ pa/
rochialis q̄tūcūq̄ʒ ſimplex cura ſit ei ꝯmiſſa: in
adiutoriū ipi⁹ cure poterit aſſumē ſibi ad tpus
p̄ſbyteꝝ quēcūq̄ʒ religioſū vel aliū ſine cuiuſq̄ʒ
ſupiozis lr̄ia: q ipſū iuuet forſitā in q̄dragesima
ad audiendū ſubditos ſuos ĩ ꝯfeſſione ꝛ dādū
eucharistiā ĩ paſcha vl̄ miſſis celebrandis ſeu
alijs ut hic: hec ille. Et dato ꝙ mēdicātes audi
re n̄ debeāt ſine lr̄ia ſuoꝝ p̄latoꝝ: ſi audirent et
miſtrarēt ſacramēta cū lr̄iā hoꝝ: illi eēnt abſo/
luti: nec ipſi excōicatōnē incurrerēt lʒ peccarēt:
ex̄ articulū nc̄citatis. ꝛc̄.

Cōtra religioſos retrahētes hoīes ꝟbis a ſo
lutiōe decīaꝝ. Cap. 55.

Illos etiam religio

ſos q aliq̄ ut audiētes a decīaꝝ ecc̄lijs
debitaꝝ ſoluē retrahāt in ſermonib⁹ ſuis vl̄ ali
bi ꝑferre p̄ſumūt excōis ſn̄ie ſubiacere decerni
m⁹: illos religioſos q in ſermonib⁹ vl̄ alibi ꝑfe/
runt aliq̄ ut retrahāt a ſolutiōe decīaꝝ excōicat
Jo. an. ꝛ pau. Mendicātes ꝛ nō mēdicātes con
cludit: clericos āt ſeclares n̄ ꝯprehēdit: nec lai/
cos artat hac pena: ꝛ ꝯcoꝛ. j. de ſen. ex. c. i. Re/
trahat. pau. ut hēat locū pena de q̄ ſeq̄t duo req
runt̄. Primū ut talia dicāt ut aliquos retrahāt
a ſolutione decīaꝝ debitaꝝ ecc̄lijs quaſi ſecus
dicerēt alia intentione: vl̄ ſi d̄bite nō eēnt eccle
ſijs ſed alijs quocūq̄ʒ mō. Scd̄m ē ꝙ audiētes
ſint obligati ad ſolutionē decīaꝝ. vn̄ ſi talia ꝑ/
ferrēt audientibus nō obligatis ceſſat pena cō
ſtitutionis.

Cōtra religioſos n̄ ſeruātes ĩterdictū q̄d ſer
uat matrix ecc̄lia. Ca. 56.

Religioſi ōēs tam ex

empti q̄ʒ nō exēpti cuiuſcūq̄ʒ ordis ꝛ cō
ditionis exiſtāt: cū viderīt vl̄ ſciuerīt cathedra
lē vl̄ matricē loci ecc̄liam ſuare interdictū q̄d
cūq̄ʒ poſitū auctoritate ſedis ap̄lice vl̄ ordinari
oꝝ dn̄t ꝛ ipſi ſuare n̄ obſtātib⁹ q̄buſcūq̄ʒ appel
lationib⁹ antea ēt ad eādē ſedē vl̄ aliū vl̄ alios
ĩteriectis ꝛ alijs obiectiōib⁹ q̄buſcūq̄ʒ: alioq̄n n̄
ſuātes excōicationē ĩcurrūt ipo ſcō. Idē ĩ iter
dictis ꝛ ceſſatiōib⁹ ꝛ diuīs ĩterdictis ꝑ ꝓuīcia/
liū ꝯciliоꝝ ſtatuta vl̄ ipſoꝝ auctoritate volum⁹
obſeruare. Idē ĩ generalib⁹ ceſſatōnib⁹ a dinis
ciuitatū terraꝝ ꝛ alioꝝ locoꝝ q̄s aliq̄n ex ꝯſue
tudīe vl̄ alias cap̄la collegia vl̄ ꝯuēt⁹ ſeclariuꝫ
ac reḡlariū ecc̄liaꝝ ſibi vēdicāt. Idē ĩtelligim⁹
obſuādū n̄ obſtātib⁹ p̄uilegijs ꝯceſſis eis ꝯuen
tiōib⁹ ſtatutis ꝛ ꝯſuetudinib⁹ q̄buſlibꝫ q̄ ꝯ pre/
miſſa religionis ipis ĩ nullo volum⁹ ſuffragari:
d̄ ſen. ex. ĩ cle. ex frequētib⁹. Ordinarijs. puta lit
terā aduerte: q2 ut ſit loc⁹ huic pene req̄rīt ꝙ in
terdictū ſit poſitū auc̄te pape: q̄d intelligo eē ſi
fiat ꝑ ei⁹ delegatū. d̄ p̄ben. c. ſi ap̄lice. li. vj vl̄ ꝙ
ſit poſitū a iure cōi vl̄ ꝑ ordīariū vl̄ ꝯciliū ꝓui/
ciale vl̄ ꝙ ꝑ ipm vl̄ ꝑ aliū ad quem ſpectet ſiat
ceſſatio a diuinis: ꝑ q̄d videt̄ ꝙ hoc n̄ hēat locū
ĩ ĩterdcō poſito a ſinglari ꝑſona q̄ hoc poſſit ex
ſpēali ꝯſuetudine: cū talis n̄ faciat auc̄te ap̄lica
nec ſit ordinari⁹. Idē videt̄ ĩ ĩterdcō poſito ꝑ d̄
legatū ordinarij: q2 n̄ videt̄ tūc poſitū ꝑ ordina
riū. Religioſi quicq̄ʒ. Jo. an. mēdicātes vl̄ non.
Et ꝑ hoc pꝫ ꝙ clericos ſeclares n̄ ſuātes inter/
dictū vl̄ ceſſationē quā ſeruat matrix ecc̄lia n̄
ligat hec ꝯſtō. Matricē. Pau. i. baptiſmalē vel
loci maiorē q̄ iō dicit̄ matrix. q2 regenerat ꝑ ba
ptiſmū: ꝛ ſic cathedralis ꝑ baptiſmū ĩ ciuitate ꝛ
matrix in alio loco q̄ ad hoc coopant̄ ꝛ merito
q̄ alias pena n̄ haberet locū: niſi in interdictis ci
uitatis. Nec curo vtꝝ matrix ecc̄lia ſit religio/
ſis ſubiecta quo ad aliq̄ tp̄alia vl̄ ſp̄ūalia vl̄ nō
ſit ſubiecta. ſ. ꝙ ſi in loco nō ē aliq̄ cathedral̄ vl̄
matrix ecc̄lia: q2 forte ē in alio loco: vel ibi ſūt
plures equalit̄ ſuis ꝓchianis baptiſma ꝛ alia
ſacramēta miſtrātes: diſtinguēdū q2 ſi oēs ille
ſeruāt: loc⁹ ē huic pene. ſi ꝟo aliq̄ ſeruāt aliq̄ nō:
tūc n̄ ē loc⁹ pene: ſic̄ faceret ſi ĩ tali loco nō eſſet
ecc̄lia religioſoꝝ. Dicit̄ aūt hic ecc̄lia cathedra
lis vel matrix ecc̄lia muroꝝ ābitu ꝯprehēſa: ex
quo ſi ĩ ecc̄lia celebrat̄ ꝯtinue ianuis aptis ꝛc̄. ſi
ue ꝑ prelatū ſiue ꝑ capitulū totū vl̄ ꝑte ſiue per
alios clericos ecc̄lie n̄ ē loc⁹ ibi pene. Idē Jo.
an. Et addit pau. puto tn̄ ꝙ ſi in matrice ecc̄lia
celebrat̄ ab aliquib⁹ ex̄neis inuitis p̄latis ꝛ capi
tulis ꝙ nihilomin⁹ ſit ibi loc⁹ pene. Idē etiā di
cit ꝙ interdicta metropolitana ecc̄lia: n̄ ĩtelligit̄
interdicta matrix ecc̄lia. Idē ſi interdcā ꝓuin/
cia vl̄ vna dioceſis ĩ aliquib⁹ ciuitatib⁹ vel ca/
ſtris. matrix ecc̄lia ſuat interdictū ĩ aliquibus. ĩ
aliquib⁹ ꝟo n̄. dicēdū ꝙ ĩ locis ĩ q̄b⁹ ſuat loc⁹ ē
huic pene in alijs non. Sciuerūt. Jo. an. alio ſē
ſu q̄ʒ ꝑ viſū: de quo p̄miſit ꝓbabiliter: ergo igno
rantes talē obſuātiā n̄ ligat ad penā. Jo. an. Vi
det̄. pau. ſ. videnda ĩ cathedrali: ꝛ matrici eccle
ſia celebrare ianuis clauſis: ꝛ voce ſubmiſſa ex
cōicatis ꝛ ĩterdictis excluſis. Obſeruare. Jo. an.
ar. a ꝯrio ſenſu ceſſat ibi illius argumentū: ꝯriū
req̄rīt ĩ iure. vt ſcripſi de elec. c. publicato ſuper
ꝟltia glo. Itē ꝯrioꝝ nō ē eadem diſciplina: vbi
mens ꝛ ꝟba reſiſtūt: de ꝟ. ſig. c. ſi. Exceſſus cle/
ricoꝝ. matricis ecc̄lie nō dabit religioſis mate/
riā deliquēdi. Intelligo aūt illā ſuare q̄n abſti
net oīno. obſtantib⁹ appellationib⁹. Jo. an. non
dicit ꝙ precedēs appellatio nō vitiet ĩterdictū
ne corrigat. de appel. c. ad hec. Sꝫ dicit ꝙ q̄uis
interdictū ſit nullū ꝓpter precedentē appellatō
nē vl̄ aliā cām: ex quo tn̄ matrix ecc̄lia illud ſer
uat: religioſi violantes ſūt excōicati. Subiacē.
Jo. an. pau. Si ſn̄ia interdicti ꝟe ligat: ꝛ matrix
ecc̄lia illā nō ſeruat: religioſi nō ſuantes non li
gātur hac pena ſed alijs que habent̄ de exceſſi.
prela. c. ſi. ꝛ de priuile. c. auctoritate. li. vj.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Cōtra religioſos nō facientes cōſciam his qui
confitentur eis de decimis cum certo mō. Cap.
57.

Religioſi qui ſciēter

poſtpoſuerūt confitentibus cōſcientiā
facere de ſoluendis decimis ab officio ꝑdicatio
nis tādiu maneāt ipo facto ſuſpenſi: donec con
fitentibus ipſis: ſi hoc ipſum ſibi dicēdi cōmo/
de facultatē habuerit: conſciam fecerint: excom
municationis incurſuri ſnīam ipſo facto ſi pre/
dicare preſumpſerint: predicta negligentia ut ꝑ
mittitur non purgata ad religioſos tn̄ monaſte
rioꝝ vel eccleſiaꝝ decimas ꝑcipientes nolum⁹
hoc extendi: extra de pe. cupientes in cle. Sciē
ter. Pau. Secus ſi ignoranter ſeu ꝑ oblitionem
⁊ hoc intellige ſi ipſi cōfeſſi a ꝑlatis eccłiaꝝ fue
rint requiſiti ſup hoc ut faciāt ꝯſciam ſibi confi
tentibus de decimis dādis. Pau. ⁊ pe. ð ancha.
Suſpenſi. Jo. an. Nota nouā ſpēm ſuſpenſiōis
ut ibi ponit de multiplici ſpecie ſuſpēſionis. Cō
mode. pau. ergo icōmoditas excuſat a ꝑcepto.
Ad idē. zz. q. z. faciet. Minoꝛ tn̄ hic cōmoditas
excuſat. vnde nō tenent eos ſequi: qui nō ſunt ī
loco vel ſi ſunt: ⁊ hi non poſſunt ſine magna va
gatione: vel ſine alia icōmoditate: durāte ergo
incōmoditate durabit ſuſpenſio donec de ſoluē
dis decimis cōſciam fecerint: qua facta vel icō
moditate ſupueniēte ceſſat ſuſpenſio. Negligen
tia. pau. Nota hic caſum q veniēs contra ſuſpē
ſionē a certo officio excommunicat⁹ ē nō autez
irregularis. Sed ſi poſtea celebrat poſt caſum
de cle. exco. poſtulaſti. Percipientes. Jo. an. ſoli
eni nō ꝑcipientes ſolēt in his delinquere. Dicen
di. Jo. an. Nota cōtraria ꝯtrarijs purgari de he
re. c. z. li. vi. Peccatū ergo tacēdi dicēdo purga
tur. 43. di. ſit rectoꝛ. ⁊c̄.

¶ Contra monachos ⁊ regulares qui nō habē
tes adminiſtrationē ꝯferūt ſe ad curias ꝑncipū.
Cap. 58.

Hoc edicto perpetuo

pro
hibemus ne monachi aut regulares ad
miniſtrationē aliquā nō habentes ad curias ꝑn
cipū abſqz ſpēali ꝑlatoꝝ ſuoꝝ licētia nō ſe confe
rant: q ſi cōferre preſumpſerint ut dānū aliqđ
inferāt ſuis ꝑlatis aut monaſterio: excōis ſnīaz
eos incurrere volumus ipſo facto: prelatis eoꝝ
diſtricte nihilominus iniungentes: ut ipos a cu
riaꝝ predictaꝝ acceſſu ⁊ alijs quibuſlibet uaga
tionibus ⁊ diſcurſu diligēt cōpeſcere aut ſuper
hoc nō parentes eiſdē ſeuere corrigere non ob
mittant: ex̄ de ſta. mo. c. ne in agro. in cle. Cano
nici. de hac ergo pte nō dubitamus quī ligz mo
nachos etiam non nigros. Jo. an. Nō habētes.
Illos qui habent adminiſtrationem quādoqz
pro ipſarum adminiſtrationū cāis illic ire opoꝛ
tet quas proſequi poſſunt: licet nō ſint perpetui
de iudi. c. cū deputati. Jo. an. Curias principuz
Hic notat Jo. an. ⁊ ponit. iz. abuſiones clauſtri
ſecunduz huguitionē. ⁊. iz. abuſiones ſeculi ſecū
dum Ciprianum. ibi vid. Speciali. generalis
ergo puta q poſſit ſe quo voluerit abſētare nō
ſufficit. Jo. an. Ipſo facto. ad hanc excommuni
cationē contrahendam duo videntur neceſſa
ria. ſ. q intrauerit curiā: ⁊ q cauſa dānificandi
monaſteriū vel prelatū: licētiā haberet vel non
haberet non puto ponderandū cum hoc nō re
petatur: hinc eſt q etiam de licētia prelati itrās
curiā ſi ad hoc intrat ligatus ē. Ex ſolo igit̄ exi
tu clauſtri ob hāc cām nō ligat̄. Itē ex quo itra
uit ob hāc cāz lz dānū n̄ intulerit: ſiue qꝛ n̄ potuit
ſiue qꝛ penituit ligat⁹ ē: ſilr̄ ð homicidio. c. ꝓ hu
mani. li. vi.

¶ Contra religioſos tenentes arma infra ſepta
monaſterij. Cap. 59.

Prefate quoqz

ſenten
tie mo
nachos. ĩ. ſepta monaſterij ſine licentia
abbatū ſuoꝝ arma tenentes decernim⁹ ſubiace
re: ex̄ de ſta. mo. c. ne in agro ī cle. monachos nō
repetit ⁊ canonicos regulares: vnde videt̄ q li
cet ſnīa excōis de qua ſupra dixerat arcentur ī
cāu ꝑcedenti: nō tn̄ ī iſto: ſz cū loquat̄ generalit̄
videt̄ oēs includere monachos albos ⁊ nigros
etiā ſi vocēt̄ monachi ⁊ frēs. pau. Septa. i. clau
ſura dicta a ſepio. is: ut ē clauſtꝛ refectoriū vel
dormitoriū: cetere officine ad vſuz monachoꝝ
deputate. iz. q. i. neceſſe. Idē videt̄ de atrio. iz. q
i. nulla. ⁊ de horto ⁊ area poſitis iux̄ eccłiam: de
cen. c. i. pau. infra ꝓ itra. Et pz ꝑ hoc q ex̄ tenēs
ſ. arma penā nō incurrit. arma ī cōi ſignificatōe
ꝯphendunt̄ tela: ſz dicūt̄ arma ſtricte quib⁹ de
fendimur: tela qbus īpugnam⁹. l. cornelia de ho
mi. ſi pſodiēs. Sz ut ibi notat̄ armoꝝ appellati
one ⁊ fuſtes ⁊ lapides ꝯphendūt̄: ⁊ omne qđ ar
cu ⁊ manu mittit̄ nō tn̄ puto auctorē ſic latiſſi
me intellexiſſe. Jo. an. pau. vō dicit q armoꝝ
appellatio ſignificat nō ſolū ſcutos gladios ⁊ ga
leas: ſed fuſtes ⁊ lapides: ⁊ q telū appellatur id
qđ ab arcu ⁊ manu mittit̄: ⁊ ſic videt̄ iſtud ītel
ligi de armis militaribus: nō clericoꝝ q̄ ſunt la
chryme. z3. q. ii. ⁊ addit. Sed nunqđ appellatio
armoꝝ ita late ſumit̄ hic? puto q ſic ſi teneātur
ad vſum pugne: al's ſi in camera vel infra ſepta
monachus habeat lapides ad aliū vſum vł cul
tellū antiqtū ad coquinā vł aliqđ ſimile nō cre
do q ſit ð mēte talia prohibere: al's ſic. ¶ Quid
eni ſi iux̄ feneſtrā ſupra ianuā habeat aceruum
lapidū ad īpugnādū vł offendendū venientes?
certe tunc includunt̄. Idem dico ð arcu ferreo
ligneo ⁊ ſilibus: vn̄ oz uideri ſi ex forma modo
⁊ alijs circumſtantijs ea teneat: ut arma offenſi
bilia ſeu defenſibilia aut alia utenſilia. tales tn̄
coniecture non ſunt neceſſarie in notorijs et
maioribus armis: ut gladijs lanceis loricis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſcutis baliſtis ꝛ ſilibus. Pau. tenentes veniētes
de foris ad clauſtrū cū armis nō aīo tenēdi nec
tꝫ ex delatione nō videt̄ ligari: qꝛ verbū tenen
tes intelligit̄ cū effectu. Jo. ꝛ pau. Sine licentia
intelligo petita ꝛ obtenta. Pau.

¶ Cōtra mendicantes religioſos capiētes loca
ad habitandū: vł dimittētes ſine licentia pape.
Cap. 60.

TRanſgreſſores cō
ſtitutionis q̄ religioſis mendicantibus
domos ad habitandū de nouo vel loca q̄cūqꝫ
recipe hucuſqꝫ mutare vł ea transferre in alios
vſus: cuiuſuis alienationis
excōis ſnīe decernimus ſubiacere. Conſtitutio
nis. Jo. an. Cōſtitutionis bonifa. que habet̄ de
exceſſi. pla. ī. c. vno. li. vj. ibi dicit idem Jo. ī pri
ma glo. Talis cōſtitutio hoc dicit ꝙ mēdicātes
nō pnt̄ acquirere noua loca ad habitandum vł
antiqua alienare vł mutare abſqꝫ ſpēali pape li
centia: q̄ de hac ꝓhibitione faciat mentionē: in
acquirente tn̄ loca ꝑ heremita vita ducēda ceſ
ſat ꝓhibitio. Jdē ī regula q̄ incipit. Mēdican
tes. hi dicunt̄ mendicātes qbꝫ victū tribuit in-
certa mendicitas: ꝛ qui redditus aut poſſeſſio
nes ex regula vł ꝯſtitutionibꝫ habere non pnt̄:
ſupra de reli. do. c. vno quo ad caſum dec.
In oībus mendicantibꝫ idē
ius. Dicit pau. ꝙ ſi domus corruat: cuiꝰ tn̄ ſoluꝫ
ꝯtinue remanet in dn̄io ipoꝝ mendicantiū licet
de nouo reedificare nō incurrit excōicationem
Secus autē ſi locus etiā non diruptus deſierit
eē de ipoꝝ dominio ꝛ habitatione: ꝛ poſtea no
uo iure illud acquirāt: qꝛ tūc incurrit̄. Et nota
ꝙ eccleſias oratoria ꝛ alia edificia fratres predi
catores vſibus ſuis pnt̄ coſtruere ꝛ edificare ī
locis. ſ. eis cōceſſis. ꝛ ꝙ tam p̄lati q̄ꝫ edificantes
ꝛ conſtruentes excōis ſnīam incurrere non pnt̄
Alexander. Jtē nulli de ordinibꝫ pauptatis licꝫ
oratoriū vel eccłiam ꝯſtruere ſeu conſtructā re
cipere iux̄ eccłias p̄dicatoꝝ ꝛ oratoria eoꝝ īfra
ſpaciū centū quadraginta annoꝝ. ꝛ ſi ſecꝰ factū
fuerit dirimat̄. Clemens qꝛ pleriqꝫ. Jtē fratres
p̄dicatores ī mutatione locoꝝ pnt̄ ſecū deferre
omnē edificioꝝ materiā: exceptis eccleſijs dedi
catis: libros calices paramēta ꝛ alia bona ꝛ edi
ficia relicta cū ſolo ꝛ alijs p̄ter eccłias vendere
ꝛ preciū in eoꝝ vtilitates ꝯuertere: nō obſtante
quorūcūqꝫ p̄latoꝝ ꝯtradictione. Boni. v̄tute

¶ Contra religioſos fauētes beghinas in ſtatu
illo reprobo. Cap. 61.

SAcro approbante
cōcilio ꝑpetuo ꝓhibendū ducimus ꝛ a
dei eccłia penitꝰ abolendū eiſdē: ꝛ alijs mulieri
bus quibuſcūqꝫ ſub pena excōis: quā ꝯtriū faci
entes incurrere volumus ipo facto iniungentes
expreſſe: ne ſtatum huiꝰ dudum forte ab ipis aſ
ſumptum quoquo modo ſectentur vlterius: vł
ipſum aliquatenus d̄ nouo aſſumant: predictis
vero religioſis per quos eedem mulieres in huꝰ
ſtatu foueri beghinali ad ipſum ſuſcipiendū du
ci dicuntur ſub ſimili excōis pena: quā eo ipo ſi
ſecus egerint: ſe nouerint incurſuros: diſtrictiuſ
inhibemus: ne mulieres aliquas p̄dictū ſtatum
aſſumptū ſectantes vel d̄ nouo aſſumētes quo
quo modo admittant: p̄bentes ſup hoc auxiliū
conſilium vel fauorē: de reli. do. c. 1. in cle. videt̄
ꝙ hec conſtitutio ſorores minorū que dicūtur
tertij ordinis nō includat: cū ille ꝓmittant obe
dientiā ꝛ habeāt regulā nō ꝓprie quo ad tria
ſubſtātialia: ſed quendā modū viuēdi ꝑ ſedem
apoſtolicā approbatū: qđ mihi ꝯſtat: ꝛ fac. j. de
ſen. exco. c. cū ex eo. Secūdus ordo. ſ. minoꝝ ē
ſoroꝝ ſancte clare q̄ ꝓfitent̄ ſubſtātialia: ſꝫ diffe
rūt a p̄mo: qꝛ hn̄t ꝓpriū in cōi: qđ non hꝫ ordo
fratruꝫ minoꝝ. Jo. an. De aūt beghine q̄ hic re-
probant̄ nec obediētiā ꝓmittūt nec regulā ali-
quā approbatā ꝓfitēt̄: ꝛ opiniones catholice fi
dei ꝯtrarias introducūt: ut d̄ cit̄ ſupra in tex. di
cte cle. Sed nec etiā ſorores de pn̄ia beati do-
minici includit hec ꝯſtitutio: cū ille promittant
obedientiam ꝛ regulā habeāt a ſede ap̄lica ap-
probatā: qđ mihi ꝯſtat. Jtē hic nō ꝓhibentur
mulieres fideles q̄ ꝓmiſſa ꝯtinētia vel nō pro-
miſſa pn̄iam agere volūt: et in humilitatis ſpū
dn̄o deſeruire: vt dicit̄ in fi. huius cle. Franc. de
zab. in lectura ſup prima clemen. querit an qđ-
libet eoꝝ q̄ hic numerant̄ videlicꝫ ꝓmiſſio obe
dientie vel renūciatio proprioꝝ aut ꝓfeſſio re-
gule approbate ſufficiat ad hoc ut beghiñ. non
tenerent̄: ꝛ dicit ꝙ nō quātū ad p̄ma duo etiaꝫ
ſi religioſe niſi ꝓfiteant̄ regulā a ſede apoſtoli-
ca approbatā: de vo. c. vnico. li. vj. Si tn̄ hn̄t re
gulā vel vitā ꝑ papā approbatā: hoc ſufficeret
etiā ſine renunciatione proprij: ut de ſororibus
tertij ordinis minoris. Dicit glo. quā hic habes
ſupra. ꝛ idē pau. qui allegat extrauagantē. Jo. xxij.
ſancta romana. Et hāc habes. j. ꝛ dicit idē ꝙ re
ligioſi ꝑticipātes cū talibꝰ beghinis etiā non in
crīe ſunt excōicati ſm pau. Sed lau. zen. ꝛ ma-
theus intelligūt de ꝑticipāte in crīe ꝛ crimino-
ſis. i. de fouentibus eas ī beghinatu vel inducē
tibus ad hoc ſuſcipiendū. Et quāuis huic excō
municationi eſſet locus per. c. nuper. etiaꝫ ſi hic
nō exp̄meret̄: tn̄ iō hic expreſſit de excommuni
catione: quia ſolet plus timeri. xī. 23. di. q̄q̄. vel
ſaluando priorem intellectum: dic pro eo ꝙ lit
tera dicit vllo modo: etiam ſi fauor nō p̄ſtet̄ di
recte ſed indirecte: adhuc ē locus huic pene. qđ
ſecꝰ eēt in. c. nup. ꝛ ſic dicemus ꝙ eo ipo ꝙ reli-
gioſi eaſdem admittunt ad aliquā cōmunioneꝫ
tolerando eas: in hoc ſtatu dicuntur fauere et
ſi non dent fauorem directe: ꝛ ſic incidunt ī ex-
communicationē: laici vero participantes cū ta
libꝰ ī crīe crīoſo nō ē dubiū ꝙ īcidūt ꝑ. c. nuper

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sed ꝑticipātes alio modo vł fauētes īdirecte
nō īcidūt ꝑ ar. a ɔᷓriis: qꝛ clem̄. loquit̄ ꝺ religio/
ſis: lau. ꝛ zen. ꝛ dicit idem zen. de epiſcopo.

Cōtra fratres mīores ſi admittāt ad diuina tē
poꝛe interdicti illos de tertio ordine eoꝝ. c. 62.

Diſtrictius inhibe

mꝰ fratribꝰ mīoribꝰ vt ꝺ cetero aliquē
vł aliquā ex fratribꝰ vel ſoroꝛibꝰ ꝺ t̄tio ordine
quē beatꝰ frāciſcꝰ īſtituit: ꝛ ēt ſi ſup hoc hi vł il/
li ꝑuilegiis q̄buſcūqꝫ muniti extiterīt ad diuina
īſuis eccł̄iis vł quoquo tp̄e īt̄dicti quoquo mō
admittant: qꝺ ſi fecerīt excōicatōis ſn̄ie eo ip̄o
ſe nouerint ſubiacere: de ſen. exco. cū ex eo. ī cle.
Minoribꝰ. alios v̄o non ligat hec ɔſtō. Jo. an.
Hi vł illi. hi frēs mīores vel illi. ſ. frēs ꝛ ſoroꝛes
t̄tii ordīs. Et ē mirabile: qꝛ ī eo cāu ī aliis eccle/
ſiis recipi pn̄t ſi ꝑuilegiū ē generale. Jo. an. Sui
is eccł̄iis. ꝑ hoc v̄bū qꝺ etiā ſupra p̄miſit: dico
ꝙ ſi in alienis eccł̄is hoc facerēt: ceſſat hec pena
poſſet tn̄ hic locū habē alia pēa excōis. Jo. an.
Admittāt niſi ī̄q̄tū illis ꝛ aliis ꝑmittit̄ ſm̄. c. ſi.
eo. ti. li. vi. Jo. an. Subiacere. ab hac ſn̄ia nō pn̄t
abſolui niſi ꝑ romanū pōtificē vł ſatiſfactōe p̄/
miſſa ꝑ locoꝝ ep̄os ut dicit̄ in ſi. illius cle. Que
ritur a doc. vtrū iſti ꝺ tertio ordine. b. fran. gau
deant clericali priuilegio de quo. 17. q. 7. ſi quis
ſuadente. vel foꝛi: de quo. ij. q. i. c. i. Et Jo. cal. in
quodā ſuo cōſilio tenet ꝙ nullo eoꝝ gaudent.
ar. 12. q. i. duo. Nō. n. ſunt clerici nec religioſi. i.
religati religioni ſtricte ſumpto vocabulo. i. ob
ligati ad tria vota. Vn̄ ſecūdū fran. de zab. con/
trahere poſſunt matrimoniū ꝛ vti ɔtracto ergo
ꝛc̄. Idē tenet lau. zen vero ꝛ guido tenēt ꝙ gau
dēt ꝑuilegio ꝑſonali. ſ. ꝙ iniiciēs manꝰ violētas
in eos ē excōicatꝰ: qꝛ ſunt ꝑſone eccł̄iaſtice. la/
pus ꝛ bar. prius dicūt ꝙ gaudēt tali priuilegio
foꝛi ſeu reali. i. ꝙ non debēt ɔueniri ſub iudice
ſeculari nec cū laicis ſoluere collectas. Dic̄ tn̄
idē bar. iſtud vltimū ꝑuſū nō ſeruari: qꝛ ɔueni
unt̄ ſub iudice ſeculari: allegāt iſta pe. de ancha.
ꝛ fran. de zab. ſup hac cle. cū aūt fratres ꝛ ſoro/
res tertii ordinis beati dominici habeāt regu/
lā approbatā ſecūdū illū modū viuendi ab ec/
cleſia qꝛ per boniſa. ſicut ꝛ iſti: imo in hoc ſunt
magis illis ꝑuilegiati: qꝛ tp̄e interdicti admitti
poſſunt ad diuina fratrū venire nō video: qua/
re non debent gaudere ſimili ꝑuilegio ſicut illi.

Contra oēs vtriuſqꝫ ſexꝰ qui pactū fecerint
vel ꝑmiſerint aliquid in curia ꝑ aliq̄ gratia vł
iuſticia obtinēda. Cap. 63.

Excōmunicamus ꝛ

anathematizamus ex p̄te dei omnipotē
tis patris ꝛ filii ꝛ ſpūs ſancti auctoritate quoqꝫ
ap̄ſtoꝛum petri ꝛ pauli ꝛ noſtra oēs clericos ꝛ re
ligioſos ꝛ laicos vtriuſqꝫ ſexus ſiue ſint familia
res curie ſiue alie vndecūqꝫ: qui aliqꝺ pactū fe
cerint ſeu aliqꝺ magnū vel ꝑuū promiſerint vł
ꝑmiſſionē receperīt: aut ex pacto ſeu promiſſi/
one occulta vel manifeſta ſub generalibꝰ ꝛ ple
narie nō expreſſe ſiue ſub ſpecialibꝰ ꝛ expreſſe
apertis verbis quicquid dederint aut receperīt
magnū vel ꝑuū vel ꝑmiſſionē de quacunqꝫ re
vel vtilitate ꝓpter hoc ɔſequēdā fecerīt: vł re/
ceperint ꝓ aliqua iuſticia ſiue gratia ꝓ ſe vł ꝓ
alio ī cauſis iudiciis ſeu aliis ꝓ litteris ap̄licis
ꝛ quibuſcūqꝫ modis apud ſedē ap̄licam obti/
nenda: ꝛ hāc ſn̄iam ad ꝑmittētes ꝛ acceptātes
dātes ꝛ accipientes duximꝰ extendendā. Decer
nimus etiā ut nullus hāc incurrēs ſn̄iā excōis
ꝓ p̄dictis vel aliquo p̄dictoꝝ abſqꝫ ſpeciali mā
dato noſtro abſolutionis bn̄ficiū valeat obtinē
niſi foꝛte ad nos acceſſum habere nō poſſet in
moꝛtis articulo ɔſtitutus: nec etiā ad abſolutio
nis gratiā admittatur: niſi prius qꝺ dederit vel
receperit: integralit̄ paupibꝰ largiat̄: iuſticiā v̄o
ſiue gratiā ſic obtentā nullius ꝑſus eē momē/
ti volumus: eāqꝫ carere ſtatuimus effectu ꝛ ro/
boꝛe firmitatis. Sed ꝛ ſi ſciēter vtentes illis ſi
mili ſn̄ia excōis aſtringimus: ꝛ reſeruantes no
bis abſolutionē eoꝝ cū p̄miſſis: in oībus ad pe
nas ſimiles obligamꝰ. Jo. an. in lectura ſuper. c.
nemo. de ſimo. Iſtā allegat ſic dicēs: hodie qui
recipit vel facit ꝑmiſſionē de aliqua re recipiē
da ꝓ gratia impetranda vel iuſticia ɔſequēda
in curia romana eſt excommunicatus ip̄o iure
ꝑ extrauagantē bonifacii que incipit excōicamꝰ
Itē in li. qui dicit̄ directoꝛiū iuris allegat̄ ꝛ po
nit̄ excōicatio hꝰ extrauagātis. Anto. de bu. al
legat ꝛ dic̄ eā durare. Sed Jo. de lig. in lec. ſup
dcō. c. nemo de ſimonia dicit ſm̄ Jo. cal. fuiſſe
hāc ex̄uagātē reuocatā. Pe. de pa. ī. 4. dic̄ ꝙ di
cit̄ fuiſſe iſtā ex̄uagantē bonifacii reuocatā per
clementē. v. qꝺ autem hoꝛum verius ſit neſcio.

Cōtra exhumātes coꝛpa defūctoꝝ. Cap. 64

Mandatur ut nulluſ

cuiuſcūqꝫ defūcti coꝛpꝰ exuecerare vł ī
fruſtra ɔcidē ſeu decoq̄re vł incidē aut oſſa de
carnibꝰ euellē ꝑſumat: ut oſſa eiꝰ ad p̄tes alias ꝺ
ferāt: q̄ſtūcūqꝫ defūctꝰ ibi eligēt ſepulturā: ſꝫ aut
ſimpł̄r aut ad tp̄s vbi ꝺceſſerit vł illi vicino lo
co nec̄carie ſepulture tradat̄: ita ꝙ ōmū īcinera
to coꝛpe tē ad locū vbi ſepulturā elegerit ꝺpoꝛ
tet̄ ꝛ ſepeliat̄ ī eis. ſiq̄s aūt ēt ſi pōtificali digni/
tate ꝑfulgeat ɔ̄fecerit ip̄o fcō ē excōicatꝰ: cuius
abſolꝰo reſuat̄ pape niſi in moꝛtis articulo: hoc ī
q̄dā ꝺcre. Boniſa. ij. q̄ īcipit ꝺteſtādū audiui a
pitis ꝙ ſiq̄s īcideret coꝛpꝰ defūcti ad ſupſtitio/
nē faciēdū. q̄uis grauiꝰ peccaret q̄ꝫ ſi facerꝫ hoc
ob transferēdū ꝓp̄t ſepulchꝛ nō tn̄ incideret in
ſn̄iam: quia pene nō ſunt extendende vltra ꝓ/
ꝓꝛios caſus: de pe. di. i. pene.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Contra ſimoniacos in ordinibus vel benefi
cijs. Cap. 65.

Multe cõtra ſimoni
acam prauitatẽ ſunt cõſtitutiones qui/
bus morbus ille nõ potuit exſtirpari: volentes
de cetero ut poſſumus ꝓuidere ſacro approbã/
te cõcilio declaramus q̄ ordinati ſimoniace ab
executione ſuoꝝ ordinũ ſint eoipſo ſuſpẽſi. Ele
ctiones autem poſtulationes confirmationes ꝛ
queuis prouiſiones ſimoniace eccl̃iarum mo/
naſterioꝝ ꝛ dignitatũ perſonatuum officiorũ ꝛ
beneficioꝝ quorũcũq; deinceps facte nulle ſint
ipſo iure: nullumq; per illas ius cuicumq; acqui
ratur: nec promoti confirmati ac prouiſi faciũt
fructus ſuos: ſed ad illorum reſtitutionẽ tanq̃
inique. teneãtur ablatoꝝ ꝑcipiẽtes. ſtatuẽtes in/
ſuper q̄ dantes ꝛ recipientes ipſo facto ſentẽtiã
excõicationis incurrãt: etiã ſi pontificali aut car
dinalatus preſulgeãt dignitate. Martinus. v. ĩ
concilio. cõſtãtienſi.

¶ Contra non reuelantem ſimoniã quã nouit.
Cap. 66.

Statuimus et preci
pimus vt omnes cuiuſcumq; ſtatus con
ditionis preeminentie vel dignitatis exiſtant: q
ſciũt aliquẽ ꝯmiſiſſe ſimoniã ĩfra duos dies na
turales poſtq̃ ad ſui noticiã deductũ extiterit:
ſi preſens fuerit in romana curia: nobis vel apo
ſtolice ſedi camerario ſuo aut vices gerenti: et
tunc in vnius vel duoꝝ teſtium pñtia reuelare
ſub eiſdẽ excõis ſuſpenſionis alijſq; cenſuris et
penis quibus ut prefert̃ ipm auctorẽ ſimonie eẽ
volumus innodatũ: quas dictus nõ reuelãs ut
predicit̃ ſeu tegens ſimoniã tanq̃ eiuſdem fau
tor ſceleris incurrat ipſo facto: cuius abſolutio
nem nobis ꝛ ſucceſſoribus noſtris ſpecialit̃ re/
ſeruamus. Decernentes ex nũc irritũ ꝛ inane ſi
ſecus ſup his a quoq̃ quauis auctoritate ſcien
